Joui, ob se uerò Isthmia Neptuno celebrari. Quod enim ibidem in Melicertæ ho,, norem institutum est, noctu agebatur, initiandi magis, quam spectaculi speciem proferens. Vel potius in honorem Palæmonis (quem Latini Portunum uo,, cant, unde et Portunalia dicebantur) ut ex Archiæ poëtæ nobili Epigram,, mate græco, de his quatuor certaminibus, quod etiam hodie circumfertur, colligitur. Versus hi sunt:

Τέσαρες εἰσίν ἀγωνες ἐν ἑλλάδα τέσαρες ἱεροι.
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.
Ζῆνος, λητοίδαο, παλαίμονος, ἀρχεμόροιο.
ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς. Id est:

Quatuor Argiuis certamina sacra feruntur,
Bina hominum natis, binaque coelitibus.
Phœbo, ipsique Joui, Palæmoni et Archemoroque
Poma, Oleastra, Apium, præmia, Pinus, erant.

Ab Isthmiis porrò omnes exclusi sunt Elei, inter quos celebratur HYSMON quidam